men domini noſtri ihesu chriſti vt dicas quis ſis. et ꝓpter quaꝫ cauſam
huc veniſti. Cui ille rñdit. Heu adiuratus ꝓut decogor dicā. Ego em̄
ſum demon qui formam hominis accepi.⁊ decem et q̄tuor annis cum
hoc milite ſic permanſi.quia princeps noſter me huc miſit vt dicit(qua
hic ſue Marie ſalutationem non diceret) diligentius obſeruarem ⁊ ip̄m
continuo ſtrangularem. quacunqꝫ enim die illam ſalutationē dicebat.
in ipſum poteſtatem habere non potui. Hoc audiens miles. veniā poſ-
tulauit.et in melius deinde vitam ſuam mutauit. Unde ipſe ſanctus
dixit demoni. Precipio tibi in nomine ihesu chriſti vt ſtatim recedes et
amplius talem locum non poſſideas. Nec nulli glorioſam dei genitri-
cem inuocanti nocere preſumas. ¶ Item nota quidam textus habēt
iſtum verſum nobilis inclyta.et debet ſic exponi. O virgo ſcilꝫ Maria

(nobilis exiſtens et inclyta).i.pia(mitis) id eſt ſuauis(et vnica) id eſt ſola(mater miſericordie).ſ.exiſtens ad nos peccatores apud tuum filium. ¶ Pro declaratione terminoꝝ nota. Caliginoſus a um eſt nomen adiectiuum deriuatum a uomine caligo quod idem eſt ꝙ obſcuritas Sed deſuper eſt aducrbium loci.

Gaude maria templum ſumme maieſtatis. Gaude maria ſpeculum ṽginitatis. Gaude lux et ornamentum glorie Gaude maria lex et teſtamentuz gratie Gaude maria. q̄ es vera ſpes veri gaudij. Gaudium ſis nobis dulcis vultus filij. Salua nos ⁊ conſerua per omnia ſecula ſeculorum Amen

Gaude maria. Hic autor deſcribit aliam ſequentiam in qua reuocat ad memoriam diuerſa gaudia beate virginis commendando ad eā poſtea petitionem dirigendo. et littera manet indiuiſa dicens (O maria) exiſtens (templū) id eſt ſacrariuz (ſumme maieſtatis) id ē omipotētis dei. tu (gaude) id eſt letare. o maria exiſtens ſpeculum) id eſt candor (virginitatis).i. virgiuum. tu(gaude) id eſt letare. o maria exn̄s (lux) id eſt ſplendor (et ornamentuz) id eſt decus glorie. tu gaude. O maria exiſtens(lex) id eſt inſtitutio. et (teſtamentū gratie. gaude) id eſt letare(O maria que es vera ſpes veri gaudij) id eſt celeſtis gaudij. (tu gaude) id eſt letare(tu ſis nobis chriſtianis gaudium) id eſt conſolatio (vultus) id eſt faciei (dulcis filij) ſcilicet tui. o maria tu(ſalua) id ē ſaluos fac (nos ſcilicet) homines(et conſerua) ſcilicet nos (per omnia ſecula ſeculorum) id eſt eternaliter (Amen) id eſt fiat

¶ Notandum ſcribitur in libro Regum. Effulſit ſol in clypeos aureos et montes reſplenduerunt ab eis. In quibus verbis ad conformitatem huius ſequentie beata virgo commendatur dupliciter Primo ratione electionis et dignitatis. quia mater dei. Secūdo cōmendatur ex nobilitate. quia amicta veſte humilitatis. Unde propoſitio aſſumpta ſic declaratur. Sol id eſt xp̄s. effulſit. id eſt miracula operatꝰ eſt in clypeos aureos. id eſt virtutes beate virginis marie.(et montes) id eſt priores parentes(reſplenderūt).i. glorificati ſunt(ab eis) id eſt de virtutibꝰ promeruit duplicem dignitatem. ſcz filij ſui conceptionem et etiam parentum glorificationem. vt bene patet ex eo. quia ex meritis beate virginis feſtum beate Anne eſt inſtitutum ſolemniter celebrandum. Un̄ beata virgo inter omnes ṽtutes maxime habuit humilitatē. quia ipſa eſt que omnes confirmat. Un̄ Bernardus O felix humilitas penitentium. o beata ſpes confitentium potēs es apud potentum. q̄ facile vincis inuincibilem. q̄ cito tremendum iudicem conuertis in piiſſimū patrem. De ſecūdo dicit̄ in ſymbolo domini, vbi dicitur ꝙ ex ꝓgenie regas

li et ſacerdotali voluit naſci quam beata virgo prudenter exorauit et er-
go ipa clypeus aureus nuncupatur. q: nos defendendo vitam immacu-
latam auro puriorem conſeruauit ⁊ gloriã mundo. Unde pmo Ma-
chab. ſecundo. Gloria peccatores ſtercus et vermis eſt. hodie extollitur
et cras nõ inuenietur. ideo difficile ẽ humanã laudẽ appetere. quod per

Ave maria gratia plena do-
minus tecum virgo ſerena.
Benedicta tu in mulieribus. que pe
periſti pacem hominibus et angelis
gloriam. Et benedictus fructus ven
tris tui coheredes vt eſſem⁹ ſui. nos
fecit per gratiam.

pendens beata virgo ſo-
li deo ſtuduit inherere. et
ſic virtutibus plena tan-
tas dignitates promeru-
it vt non ſolum ipſa. ſed
etiam parentela eius eſt
glorificata. Unetiam b.
Auguſtinus cõmendat
eam in virtutib⁹ dicens.
Beata virgo maria fuit
valde deuota. habuit ſpi
ritum humilem totũ cor
pus anime ⁊ rationi ſub
iectum. Item nota bea
ta virgo dicit mater gra-
tie qua omnes peccato-
res conſolatur. quod be-
ne patet in quodam miraculo. Unde in monaſterio beati Petri Erat
quidam frater leuiter ſe habens in pluribus actibus ſuis hic aliquando
petitionem pro ſalute corporis accipiens irruente labore ſine confeſſio-
ne et ſine cõmunione defunctus eſt. cuius anima per dyabolum ad in
fernum ducitur. quod cernens ſanctus Petrus acceſſit ad dominum
Jheſum chriſtum orans pro anima fratris ſui. Cui dominus. Tu igo-
noras quid propheta dixit. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo
quomodo poteſt ꝗ hic ſalu⁹ fieri. Hec audiens beatus Petrus venit ad
beatam virginem Mariam ſciens certiſſime eius preces exaudiri. Cuz
ergo ſurrexiſſet beata virgo cum virginibus ſuis precaturus filium ſu-
um ſtatim chriſtus dixit. Quid a me petis dulciſſima mater cum me-
is ſanctiſſimis ſororibus. Cui beata virgo. Pro illla anima ego rogo
Cui chriſtus. Licet nemo poſſit in meo tabernaculo habitare niſi qui ſi-
ne macula ingreditur. tamen ſi tibi placet vt indulgentiam conſequa-
tur. concedo ꝙ eius anima ad corpus reuertatur. vt de malis actib⁹ pe-
nitentia peracta tandem celeſti gloria perfruat. et ille frater de morte re
ſurgens qualiter a poteſtate dyaboli ſuffragijs beate virginis fuiſſet e-
reptus omnibus narrauit. Et ergo merito mater dei nuncupatur

Ave maria. Autor ſubinfert aliud canticũ ab angelica ſalutatio
ne inchoatũ et beate vgini marie dedicatuz. Et diuidit in tres
ptes. In pma pte ſalutat beatam virginem angelus. Secundo
commendat eam de multitudine gratie. Tercio dirigit petitionẽ. ſcda
ibi. Te collaudet celeſtis dicens (O maria) ſcilicz virgo (plena) id eſt

De beata virgine

id eſt repleta gratia.ſcʒ.dei (dominus.id eſt deus iheſus chriſtus tecum
(o ſerena virgo)id eſt ſplendida(tu aue) id eſt ſis ſalutata tu ſcilicʒ (es
benedicta) id eſt benedictione repleta(in mulieribus) id ē inter mulie-
res.que ſcilicet Maria (peperiſti) .i. genuiſti (pacem) id eſt chriſtum q̄
eſt pax vera hominibus.ſcʒ in mundo exiſtentibus et angelis (gloriā)
id eſt honorē (Et fructus) id eſt filius tui (ventris) id eſt vteri.ſcilicet
ſit benedictus.qui.ſ.filius fecit per gratiam ſcilʒ ſuā diuinā vt eſſemus
coheredes(ſui) id eſt capaces et participes regni celeſtis.

¶ Notandū ſcribit in libro ſapiētie. O q̃ pulchra ⁊ caſta generatio cuʒ
claritate. In his vbis commendatur beata virgo dupliciter ¶ Primo
in pulchritudine.cum dicitur.q̃ pulchra. ¶ Secundo in caſtitate.cum
dicitur caſta. ¶ De primo dicitur in Canticis. Quam pulchra es et de
cora. Unde pulchritudo beate virginis legitur fuiſſe in tribus ſcilicʒ in
vera dilectione.in humili timore.in iuſta ꝯgnitione. Unde in libro Sa
pientie dicitur. Ego mater pulchre dilectionis timoris agnitionis ma
gnitudinis et ſctē ſpei. ¶ Circa ſecundū nota Iſidorus diffinit caſtita-
tem ſic. Caſtitas eſt pulchritudo inuiolata que in quadruplicibus com
mendatur.ſcilicet in connubio diuine deſponſationis. in priuilegio an-
gelice confortatōis.in exemplo humane edificationis. in triumpho dya
bolice eiectionis. ¶ De primo dicit apoſtolus. Deſponſaui vos vni vi-
ro qui dicitur chriſtus ¶ De ſecundo dicit Iohannes Chriſoſtimus
Caſtitas eſt res angelica per quam homines angelis aſſimilantur. Et
quia caſti homines ſpecialiter ſunt conformes . ideo angeli eius ſpeciali
ter ſunt familiares ⁊ obſequioſi. ¶ De tercio dicit Thimotheus exem-
plū iſtud fideliū in verbo caſtitatis. Ecce non ſolum tibi per meritum
ſed alijs pro exemplis vtilis eſt in verbis cautus et in conuerſatione ho
neſtus.in charitate pius.in fide fixus.in caſtitate mundus es. Hec om-
nia in beata virgine ſunt completa ¶ De quarto dicit in libro Iudith
Confortatum eſt cor tuum eo ꝙ caſtitatem amaueris. Ecce beata vir-
go eſt illa caſta. Iudith quam dominus propter caſtitatem ornauit. et
confortauit cōtra Olefernum id eſt dyabolum.de qua etiam dicit pſal-
miſta Hieronimus. Caſtitatis eius remunerator virtutem ei talem
tribuit vt inuictum omnibus hominibus vinceret Olofernum quem
nullum vincere poteſt niſi caſtus fuerit. ¶ Secundo nota circa angeli
cam ſalutationem. Prima duo verba ſcilicet. Aue maria.ſunt declara
ta ibi. Aue preclara maris ſtella. Nunc ſequitur gratia plena.qꝛ nunq̃
deficit gratia eis.de quanto enim plus dat et auxiliatur. de tanto plus
habet dare et auxiliari.quia ſicut fons viuus ſemper emanat et nunq̃
deficit ſed ſemper fluit et irrigat totum mundum. Sequitur dominus
tecum.heri fuit.ſemper fuit. et eſt ineternum cum ea. quia idem ange-
lus gabriel(qui nunciauit ei iheſum)prius enunciauit Ioachim ⁊ An
ne ꝙ deberent generare vginem mariam et poſtq̃ nata fuit ſpirituſſan
ctus obumbrauit et cuſtodiuit ꝙ nunq̃ potuit peccare nec verbis nec
opere. Sequit̃ benedicta tu in mulieribꝰ bene ipſa fuit et eſt ineternum
benedicta.quia concepit portauit et peperit chriſtum a quo procedit ſa-
lus angelis hominibus ſanctis et toti mundo. Sequitur fructus ven-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

tris tui. qꝛ ipſa tulit nobis precioſiſſimū fructum ſcȝ dominum ihesum christum ⁊ de eodem fructu nos quotidie quādo audimus miſſam cū sacerdote ſatiamur et recreamur. qꝛ ſacerdos dicit poſt communionem quod ore ſumpſimus pura mēte capiamꝰ. Iſte em̄ eſt fructus qui dat nobis vitam temporalem in hoc mūdo ⁊ ſecuritatē cū angelis in regnū celorum. Tunc ibi. Per hoc autem.

Per hoc autem aue mūdo tam ſuaue contra carnis iura. Genniſti nouum prolem ſtella ſolem noua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis et agni ſaluatoris criſti templuȝ extitiſti ſed virgo intacta. Tu es floris ⁊ roris panis ⁊ paſtoris virginū regina roſa ſine ſpina genitrix es facta Tu ciuitas regis iuſticie. tu mater es miſericordie. de lacu fecis et miſerie theophilum reformans gratie.

¶ Hic autor ꝯmendat beatam virginez ex diuerſis virtutibus ⁊ ex pleuitudine miſericordie dicens. O maria ꝑ hoc autē aue. i. per iſtam ſalutationem (tu genuiſti) id eſt peperiſti (mundo. id eſt ſeculo contra iura carnis). i. contra naturaȝ (tam ſuaue. id ē dulciter nouum (prolem). i. filiū noua ſtella. ſ. maris genitura ſcȝ es (ſolem) id eſt filium dei. ſcȝ chriſtum (Tu extitiſti) id eſt facta es (templū) id eſt habitaculū (parui agni). i. ihesu chriſti ⁊ magni leonis ⁊ ſaluatoris (chriſti) id eſt dei (ſed intacta). i. immaculata virgo tu. ſ. maria (es panis) id eſt cibus floris ⁊ roris. ſ. gratie ⁊ paſtoris (regina) id eſt domina virginum. Tu es (roſa) id eſt flos (ſine ſpina) id eſt ſente. tu es facta (genitrix) id ē mater Tu es (ciuitas id eſt habitatio (regis iuſticie) id eſt dei. tu es mater (miſericordie). i. pietatis tu es (reformans). i. reſtituens theophilum ſic dictū. gratie ſcȝ liberans eum (de lacu fecis ⁊ miſerie) id eſt damnationis ꝑpetue.

¶ Notandum antor in littera appellat chriſtum leonem ⁊ agnum et bene. Ipſe em̄ eſt leo ratione fortitudinis ⁊ potētie. Unde p̄s Sicut leo paratus ad predam. ipſe em̄ eſt leo deinde fortiſſimus qui ꝓ nobis triūphauit. ꝗ dicit p̄s. in ꝑſona chriſti leonis confringam illos nec potuerūt ſtare cadent ſubtus pedes meos Etiam ipſe eſt agnus per humilitatem et taciturnitatem. Unde hieremias. et dum male tractaretur nos apꝑuit os ſuum. Item Iſaias Quaſi agnus innocens ad victimā ductus eſt. Secundo nota. autor dicit beata virgo eſt panis roris ⁊ floris. Per hoc intelligitur manna poſitū in vrna aurea. reconditū in archa de quo

dictum eſt prius Item nota autor dicit ꝙ beata vgo prodidit ꝓduxit theophilum per lacum miſerie.i.ab eterna damnatiōe. Vñ Theophil⁹ cuiuſdam epiſcopi vice dominus fuit qui tam prudenter ſub ipſo res eccleſiaſticas diſpenſauit ꝙ mortuo epō omīs populus euz epiſcopatu dignū affirmaret at ille vice dominatu contentus alium in epiſcopuz fecit ornari.tandē ab officio ſuo epiſcopus eum depoſuit vnde ad tantam impatientiā peruenit vt ad ſuā dignitatem recuperandum cuiuſdam iudei ꝯſiliū expeteret.ille igit̄ dyabolū aduocauit. Theophilus vero viſo dyabolo chriſtum ⁊ matrē eius negauit et chriſtiane ꝓfeſſiōi renunciauit.⁊ ſuꝑ hoc cyrographum ſcripſit ⁊ ſcriptū annulo ſigillauit et dyabolo dedit.⁊ ſic ei⁹ ſeruitio ſe ſubdidit in craſtino igitur per ꝓcurationem dyaboli theophilus in gratiam receptus ad priſtinam dignitatē reſtituitur tandē ad ſe reuerſus de eo quod fecerat valde ingemiſcens ad virginē glorioſam vt ſibi in adiutorium veniret tota mēte confugit.quadā igitur vice beata maria in viſione illi apparēs diabolo abrenunciare precepit.ihesum xp̄m et omne chriſtianitatis ꝓpoſitū cōſeruare ⁊ eū confiteri iuſſit.⁊ ſic ip̄m gratie precedenti reſtituit ⁊ in ſignuz gratie iterum apparens ſibi cyrographum quod dyabolo dederat ſibi reddit ⁊ ſub pectus ſuum poſuit vt iam ſe non ſeruum dyaboli timeret ſed per virginem glorioſam ſe liberatum gauderet. et hoc tangit autor in littera. ¶ Pro terminis nota. Aue ponitur nominaliter. Sed eſto eſt verbum habens vim verbi ſubſtantiui. ⁊ ponitur pro ſum ⁊ ꝯponit̄ ab ex et ſto. Sed exſto extra litterā ſignificat apparere. Sed exta extorum dicuntur inteſtina.que faciunt ventrem hominis apparere. Nunc ibi. Te collaudat celeſtis.

Te collaudat celeſtis curia. que mater es regis et filia. per te reis donat̄ venia ꝑ te iuſtis confertur gratia. Ergo maris ſtella verbi dei cella ⁊ ſolis aurora. Paradiſi porta (per quā lux eſt orta) natū tuum ora vt nos ſoluat a peccatis. in regno claritatis (quo lux lucet ſedula) collocet per ſecula. Amen.

¶ Autor ꝯmenbat beatam virginem rōne ſuꝑ celeſtiū.et poſt hoc infert petitionez et littera legetur ſimul cauſa breuitatis dicens. O beata virgo celeſtis curia) .i. exercitus celeſtis.ſcilicet omnes ſcti (collaudat) id ē honoratur te .ſ. mariam (que es mater) id eſt genitrix (regi̅) id eſt xp̄i (⁊ filia ꝑ te) .ſ.mariam (donatur) id eſt datur (reis id eſt peccatoribus (venia) id eſt indulgentia et (iuſtus) id eſt bonis hōib⁹ confertur gratia.ſ. diuina.ergo o maria exiſtēs ſtella maris (cella id eſt habitaculum (vbi) ſcz fili dei ⁊ (aurora ſolis) .i.chriſti (porta) id eſt ianua paradiſi.ſcz celeſtis.per quam ſcz portam (lux).i.xp̄s (eſt orta) id eſt nata (rogat tuum natum) id eſt filium (vt ſoluat) .i. ſaluificat

nos (a peccatis) id ē a criminibus ⁊ collocet. ſ. nos (in regno claritatis)
id eſt in regno celoꝝ (quo) id eſt in quo (ſedula lux) id eſt ꝯtinua clari-
tudo. ſcꝫ dei (lucet). i. ſplendet (per ſecula). i. eternaliter Amen. i. fiat

¶ Notandum plenitudo gratie beate virginis patet in muliere de qua
legitur mirabiliter ꝙ ipſa viri ſolatio deſtituta vnicū filiū habebat. qui
quadā vice ab hoſtibus captus in cuſtodia ligabatur ꝙ mater percipi-
ens beatā virginem pro liberatione filij exorabat tandem videns ꝙ ni-
hil ꝓficeret eccleſiam (in qua erat ymago beate ꝟginis) ſola intrauit. ⁊
coram ymagine ſtans ipſam alloquitur dicens O ꝟgo maria ꝓ libera-
tione filij mei te ſepe rogaui ⁊ adhuc nō ſubueniſti nūc ꝓ filio meo im-
ploro patrociniū. ſed adhuc nullum ſentio fructum. vn̄ ſicut filius meꝰ
ablatus eſt. ita ⁊ ego filium tuū auferam pro filio meo ⁊ eum in cuſtodi-
am ponam ſic imaginē
. ſ. pueri quā virgo in gre-
mio habuit auferens do-
mum abijt excipiens qꝫ
imaginem pueri ipm̄ in
lintheo mundo inuoluit
⁊ in archam reconditam
incluſit bonum obſidiū
ꝓ filio ſuo ſe habere gau-
dens. Et ecce ſequenti
nocte beata virgo iuue-
ni in carcere apparuit. et
ianuam apperiens eum
exire fecit dicēs Fili dic
matri tue vt reddat mi-
hi filiuꝫ meum. quia ego
reddidi ſibi ſuuꝫ. qui exi-
ens ad matrē ſuaꝫ venit
⁊ qualiter beata ꝟgo euꝫ
liberauit enarrauit Illa
igitur gaudens ymagi-
nem pueri ad eccleſiā por-
tans matri reddidit di-
cens Gracias tibi ago do-
mina mea. quia filium meum redidiſti mihi propter quod tibi volo ſer-
uire et preceptis tuis obedire. nunc recipe filium tuum quem fideliter
cuſtodiui. Nunc ibi. ¶ Uterus virgineus.

Uterus ꝟgineus thronus eſt
eburneus regis ſalomonis.
Thronus admirabilis diſpar ⁊ ſimi-
lis vniuerſis thronis Virgo thronus
exiuit cui deus preſtitit tam precel-
lens ſummi regis vnicus hunc elegit
thronum Hec eſt ſedes gratie do-
mus pudicitie ſedes ſummi dei. In
hac ſede reſidet domius. qui preſidet
vniuerſe rei.

¶ Hic autor ad reuerentiam virginis deſcribit aliud canticum in quo
autor facit tria. Primo comparat beatam virginem mariā ad thronuꝫ
ſalomonis. Secundo comparat eam ad vellus gedeonis. Tercio per
exclamationem dirigit ad ipſam petitionem. Secunda ibi. ſicut vellus
tercia ib. O ſcā virginitas dicens (O maria ꝟgineus vterus). i. caſtam

corpus (eburneus thronus) id eſt de ebore exiſtens regis ſolomonis ſic
dicti (Admirabilis thronus) id ē valde mirabilis (diſpar et diſſimilis)
id eſt inequalis ⁊ incomparabilis (vniuerſis thronis) id eſt omnibꝰ thro
nis (Uirgo).ſ.maria exiſtit. id eſt thronus (cui).ſ.throno (preſtitit) id ē
preerat tam precellens (domum) id eſt nobile domum.ſ.ipe deus (pa⸗
cificus ſalomon) id eſt iheſus chriſtus (vnicus.ſ.filius (ſummi regis) id
eſt omnipotentis dei (elegit) id eſt preelegit hunc thronum (hec) ſcilꝫ
maria (ſedes gratie).ſ.diuine (domus) id eſt habitaculum (pudicitie)
id ē caſtitatis.ſ.⁊ ſedes ſummi dei.i.xp̄i (dominus).ſ.deus (qui preſidet.
preeſt vniuerſe rei (reſidet).i.moratur (in hac ſede) id eſt in illa habitati
one. ¶ Notandum ſcribit propheta in p̄s. thronus eius ſicut ſol in cō⸗
ſpectu meo. Iſta verba poſſunt eſſe dei patris de filio loquentis ꝯmen⸗
dans gloriam matris. ait ergo thronus eiꝰ ſicut ſol in aſpectu meo. Un̄
btā vgo poteſt dici thronꝰ dei. ⁊ hoc quatuor modis Ipa em̄ eſt thronꝰ
eburneus ſaphireus nubius ⁊ ſolaris. Unde vſus. Ebur ſaphirus nu⸗
bes ſol ſit tibi thronus Virgo verſata miſeram tibi glorificata. Unde be
ata vgo dicitur thronus eburneus propter virginitatez. ſaphireꝰ ꝓpter
ſanctam conuerſationē de vultuo. Unde Salomon pacificus interpre⸗
tatur ⁊ ſcat xp̄m verum pacificatorem cuius thronus eburneus eſt be⸗
ata virgo. et hoc tangit̄ in littera vbi dicitur vterus virgineus thronꝰ eſt
eburneus. quia thronꝰ iſte de ebore eſt factus Ebur em̄ eſt animal mul
tum candidum ⁊ frigidum et magne caſtitatis per quod ſcatur virgo
glorioſa. quia tota fuit tam caſta mente q̄ȝ carne. talis thronus talem re
gem decebat. Unde Bernardus. nec decebat deū alia mater q̄ȝ vgo nec
vginē alius filius q̄ȝ deus. qꝛ nec autor inter filios nec autor inter mr̄es
naſci potuit. De ſecundo dt Ezechiel ⁊ aſpectus lapidis ſaphiri in ſimi
litudine throni. Per thronum ſaphireum beata virgo maria ſignificat̄
propter celeſtem ⁊ ſanctam conuerſationem. Unde Hieronimus in ipa
poſuit rex thronum ſuum. quia concupiuit ſpeciem eius. De tercio dt
Eccle. xxiiij. ⁊ thronus meus in columna nubis. Unde beata virgo di⸗
citur thronus nubeus. quia ſicut nubes plena vaporibus irrigat ⁊ vireſ
cere facit iſta inferiora. Sic virgo glorioſa irrigauit et vireſcere facit ani⸗
mas fidelium. Unde Anſelmus. O ſcientia plena ⁊ ſuperplena gratia
decoris plenitudine reſperſa vireſcit omnis creatura. De quarto dicit̄
in propoſitione preaſſumpta thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo
Unde btā virgo dicitur thronus ſolaris propter glorificationem quam
hȝ in celis Unde in libro cāticorum dicitur de ea pulchra. vt luna. elec⸗
ta vt ſol. Unde Auguſtinꝰ Hec eſt velut columna ſpecioſa pulchra vt
luna electa vt ſol ianua celi caput vginum decus mulierum. et ǵ autor
bene dt in littera ꝙ iſte thronus eſt diſſimilis omnibus thronis quia in
eo dominus dominantium requieuit.
¶ Pro declaratione terminorum nota. Uterus eſt nomen maſculini
generis ſecunde declinationis Sed eburneus eſt nomen adiectiuū deri
uatum a nomine ebur quod ſignificat elephantē. Sed preſto eſt verbū
tranſitiuum p̄me ꝯiugationis compoſitum a pre ⁊ ſto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

Sicut vellus. ¶ Hic autor ꝯparat btã̄ vgíně ad vellus gedeonis di-
cens (Sicut vellus.ſcz gedeonis maduit) id eſt madefactū.fuit de cele
ſti (rore) i.gr̃a ⁊ tñ nō erat corruptū. ſic venter ſcz btē vginis intumuit
id eſt ꝯcepit(ſeruato pudore).i.caſtitate.ſ.vt nec in ꝯceptu in partu fuit
corrupta.nec vellus.ſ.gedeonis corrūpit.imbre pluuiali).i.aqua pluui-
ali (nec pudor).i.caſtitas amittitur(in tali ꝯceptu) id eſt in tali coceptio-
one. Hec.ſ.maria(eſt aromatica cella.i.flagarns habitaculū (creatoris)
id eſt dei (fertilis) id eſt fructuoſa(et vnica medela).i.remedium(dolo
ris).i.pene(odorifera) id ē redolens nardus(effudit) id eſt dedit (odo-
rem) id eſt ſaporem(fructifera oliua ⁊ virga ferens) id eſt portans(flo-
rem).i.xp̄m Hec ſcz maria (eſt vas) .i.cōſeruatorium(pigmeutarij) id
eſt vnguenti(regale pallatium).i.aula et eſt (domus cedrina) .i.de ce-

Sicut vellꝰ maduit de celeſti rore ſic
vēter intumuit ſeruato pudore. Nec
vellus corrumpitur ymbre pluuiali.
nec pudor amittitur in conſpectu tali
Hec eſt aromatica cella creatoris fer
tilis ⁊ vnica medela doloris. Nardꝰ
odorifera effundit odorem oliua fruc
tifera virga ferens florem. Hec vas
pigmentariū regale pallatium domꝰ
eſt cedrina. Angelorum domina be
nedicta femina celoꝝ regina.

dro exn̄s dñā angeloruz
(benedicta femina) id ē
virgo ſcz ⁊(regina)id eſt
domina(celorum) id eſt
poloꝝ ¶ Notanduz au-
tor ꝯmendat btã̄ vir-
ginem in diuerſis que ſi
bi ꝑ ꝓphetas aſcribūtur
Primo comparatur ad
vellus gedeonis. Unde
in quadam hyſtoria bea-
te vginis vellus rore ma
duit dum virgo concipi
ebat Sed rubus igne ca
let qñ virgo chriſtum pa
riebat Scdo appellat eã
cellam aromaticã Iux-
ta illud Eccle. Sicut cy-
namomum ⁊ balſamuz
aromatizans odorem de
di. Tercio appellat eam
medicinaz doloris . quia
ipſa de miſericordia ſua omnibus in neceſſitatibꝰ poſitis ſubuenit . Vñ
videntur viciſſim diſputare mater ⁊ filiꝰ ⁊ dt filiꝰ ego occidã Mater re
ſpondit. Ego viuere faciã.filius dicit. ego ꝑcutiam. mater reſpondit.et
ego ſanabo. Quarto appellat eam nardū. Vñ in cãticis. Nardus mea
dedit odorem ſuū. ¶ Item ꝯpat eam oliue quod ptz ecci.xxiiij.vbi di-
citur.ego quaſi oliua ſpecioſa in campis ſilue et quaſi plãtatio roſe in ihe
rico. Itē appellat eam vas pigmentorum.i.vnguentoꝝ cōtentiuū. Vñ
in canticis. Odor vnguentoꝝ tuorum ſuper omnia aromata. Item
ipſa etiã vocatur domus cedrina quod prefiguratum eſt in templo ſalo
monis qđ fecit rex ſalomon de lignis libani longatis quadris ⁊ ſectis
¶ Pro terminis nota.intumeo es ere.eſt verbū neutrale ſecunde ꝯiu-
gationis.et ꝓcat arborem. Sed pigmentarius a um eſt nomen adiectiū

deriuatum a nōie pigmentum qđ đr quedā portio medicinalis multū
vtilis. Tūc ibi. O ſcā. ¶ Hic au. exclamādo cōmēdat b. v̓ginem et
cū hoc dirigit petitionē ad eā di. (O ſcā virginitas).i.caſtitas (noſtra p̱
uitas neſcit).i.non ſcit (te digne).i. laudabiliter (laudare).i. honorare
(ꝯtinens).ſ.es (in gremio).i.in vtero tuo.ſ.illū (quē nec).i.nō p̄t (ſuſtē-
tare).i.cape (regio).i.in regio throno celi (A benedicta).ſ.maria (pul-

O ſancta virginitas noſtra neſcit par
uitas te digne laudare Cōtinet i gre
mio nec quem celi regio p̄t ſuſtentare
Pulchrior ſiderib9 ꝛ p̄ mulierib9 cū
ctis bn̄dicta. Placa tuū filum et pur
ga fideliū omniū delicta. In te pluit
in te fluit de9 ſuā gratiā Ergo tue no
bis plue grē clementiam ad beati tui
nati transfer pn̄tiam. Et cunctorum
delictorum confer indigentiam:

chrior).i.ſplendidior (p̄
mulierib9).i.inter mulie
res (ꝛ cūctis ſideribus).i.
oib9 ſtellis (tu placa tuū
filiū).i.ihm xp̄m (et pur-
ga).i.munda (delicta).i.
pctā (oim fidelium) ſcʒ
hoim (deus).ſ.oipotens
(pluit).i.rorauit (in te ꝛ
fluit).i.infundit (in te)
.ſ.mariam ſuam gratiaʒ
g̊.tu plue nob̄.i.in nobis
(clementiā).i.miſericor-
diam (tue gratie tu tranſ
fer).i.duc nos (ad pn̄tiaʒ
tui nati).i.filij Et tu cō
fer).i.da.ſ.nobis (indul-
gentiam cūctoꝝ delicto-
rum).i.oim peccatoꝝ. ¶ Notandū autor tāgit hic in lr̄a inmenſitatē di
cū đt quē nec celi regio ꝛc. vn̄ Pre. ꝯfirmat hoc idē vbi đt ſcā ꝛ imacula-
ta v̓ginitas q̇b9 te laudib9 referā neſcio. qꝛ quē tot9 nō capit orbis in tua
clauſit ſe viſcera Hoc idē teſtat̄ q̇dā metriſta di. ꝯtinet in gremio celū ter
rāqʒ regentē. Virgo dei genitrix ꝑce res ꝯmittant heredes. Scđo no.
autor đt in te pluit p̱ quā b. v̓go grā plena nūcupat̄. Vn̄ plenitudo grē
ptʒ in q̊[illegible]m languido q̇ habuit vnū pedem ardentē. qui caſu ad eccl̄am
ſcē v̓ginis veniēs ſanitatʒ grām cū toto mētis affectu deſiderabat cūqʒ
diutius ibi moraret̄. nec ſui deſiderij quid magnū vel modicū impetraſ-
ſet pendentē ſep̱auit a cruce. voluit em̄ pede poti9 carere q̄ȝ oib9 dieb9 vi
te ſue ardere. Poſt multū v̓o tp̄is ſpacium dep̱cando voce lachrymabi
li dixit. Heu me miſerum doleo ꝙ factus ſum aduena. O beatiſſima di
genitrix cūqʒ talia ab ea fuiſſent ꝓlata naturali ſupno deditus requieuit
dormiret venit beata v̓go leuiter corporis leſione eū tangens ip̄m a ſua
infirmitate ſanauit Ecce quāta plenitudo gratie in beata v̓gine redū-
dat. Item nota. maria exaltat̄ ſup̱ oēs choros angeloꝝ. qꝛ de ipſa cantat
eccl̄a. exaltata ſup̱ omnes choros angelorum. ſancta dei genitrix igitur
vt nos in valle huius miſerie exaltari valeamus in futura patria. ipſam
ſequamur et eius veſtigia in quibus p̱uenire valeamus et poſſimus in
vitam glorie. Quam nobis cōferre dignetur Iheſus chriſtus et filius
in ſecula ſeculorum benedictus. AMEN

Regiſtrum ſequentiaꝝ ſm numeꝝ folioꝝ

De natiuitate domini	Grates nunc omnes	fo.iĳ.
Eiuſdem	Natus ante ſecula	fo.iiĳ
Eiuſdem	Eya recolamus	fo.vĳ.
De ſcō Stephano	Hanc cōcordi ſa.	fo.xi
De ſcō Johē euan.	Uerbū dei deo natū	fo.xvi.
De innocentib9	Laus tibi xp̄e	fo.xxi.
De ephiphania	Feſta xp̄i.	fo.xxiiĳ
De cōuerſioue ſci pauli	Dixit dn̄s ex baſan	fo.xxvi
De Purificatione b.m.	Concentu parili	fo.xxix
Eiuſdem	Aue preclara	fo.xxxiiĳ.
De reſurrectione xp̄i	Uictime paſcali	fo.xxxviiĳ.
Eiuſdem	Agni paſchalis eſu.	fo.xxxix.
Eiuſdem	Mane prima ſabbati	fo.xl.
Eiuſdem	Uirgini marie laudes	fo.xlĳ.
Eiuſdem	Laudes ſaluatori	fo.c.viiĳ.
De inuentiōe ſcē cruc	Laudes crucis attollamus	fo.xliiĳ.
De aſcenſione dm̄	Summi triūphum regis	fo.xlvĳ
In die ſcō penthe.	Sancti ſpūs aſſit	fo.l.
Eiuſdem	Ueni ſancte ſpūs	fo.lĳ.
De ſancta Trinitate	Benedicta ſemper ſancta	fo.liiĳ.
De Corpore xp̄i	Lauda ſyon ſaluatorem	fo.lvi.
De ſcō Johē baptiſta.	Sancti baptiſte xp̄i	fo.lxĳ.
De ſcō Petro	Petre ſumme xp̄i	fo.lxiiĳ
De Diuiſione apl'oꝝ	Celi enarrant gloriam	fo.lxvĳ.
De ſcā maria magda.	Laus tibi xp̄e	fo.lxxiiĳ.
De ſcō Laurentio	Laurenti dauid	fo.lxxvi.
De Aſſumtione b.ma.	Congaudent angelorum	fo.lxxix.
De decollatiōe Jo.bap	Pſallite regi noſtro	fo.lxxxĳ.
De Natiuitate b. v̄gis	Stirpe maria	fo.lxxxv.
De ſctō Michaele.	Summi regis archangele	fo.lxxxvĳ.
De vndecim mil'. virgi.	Uirginalis turma	fo.lxxxix
De omnibus ſanctis.	Omnes ſancti ſeraphin	fo.xcĳ.
De ſancto Martino	Sacerdotem xp̄i mar.	fo.xciiĳ
De ſancta Elizabeth	Gaude ſyon	fo.xcvi.
De ſancta Katherina	Sanctiſſime v̄ginis	fo.C.
De ſancto Andrea	Deus in tua virtute	fo.c.ĳ.
De ſancto nicolao	Hoſpitati dedit egros.	fo.c.iiĳ.
De cōceptione b.ma.	Dies leta celebratur	fo.c.v
De Apoſtolis	Clare ſanctoꝝ	fo.c.x.
De Euangeliſtis	Iocundare plebs fidelis	fo.c.xiiĳ.
De Martiribus	O beata beatoꝝ martyꝝ	fo.c.xv.
De Confeſſoribus	Ad laudes ſaluatoris	fo.c.xvi.
De Virginibus	Gaude celeſtis ſponſa	fo.c.xx.
De dedicatione templi	Pſallat eccleſia mater	fo.cxxĳ

Item ſeptē ille ſequentie q̄ ſequunt̄. ſunt de btā v̄gine. ſ. Mittit ad virginem Letabūdus exultet. Verbū bonū. Hodierna lux. Gaude maria. Aue maria. Uterus virgineus. vt patet intuenti in fine opuſculi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

noua addite

Laus tibi chriſte) Hanc ſequentiam dicitur edidiſſe beatꝰ gregorius in honorem ſcōꝝ innocentium In qua tria facit Primo laudat chriſtum de ſua bonitate. ꝙ dignatus eſt per infantium et lactentiū ac pueroꝝ diſcretione carentiū martiriū honorari. Scđo admiratiue alloquit̄ criſtū ſuꝑ hmōi facto in cōparatione ad alios mortales. Tercio alloquit̄ ipſos innocētes rogans q̄tenus velint nos iuuare ſuis precibꝰ apud xp̄um cuius occaſione innocētem mortē ſubierunt. vt nos in regno ſuo dignet̄ aſſumere. Secūda pars ibi. (Quis athletarum) Tercia ibi (O chriſti pcones. Pro euidentia ſciēdum ꝙ iſtud feſtuȝ bene ordinatur poſt natiuitatem dn̄i. vt chriſto capiti oēs ſui comites adiungerētur. ſicut ſunt iſti innocentes quibꝰ occaſio mortis fuit natiuitas xp̄s et hoc quarto die poſt natale dn̄i. qꝛ illo die interfecti ſunt ab herode anno ſequenti Herodes eñ turbatus ex rumoribus auditis de nato puero cogitauit facere interfici omnes pueros. vt ſic chriſtus non euaderet quin etiam occideretur. ſed impeditus non potuit hoc efficere niſi anno ſequenti. Demandabatur enim ab Auguſto ceſare cum duobus filijs ſuis ad quem neceſſario habuit ite et ſic cucurrit annus poſt natiuitatē dn̄i. quare anno ſecundo poſtq̄ redijt fecit ſic ꝑſcribit̄. Scđo ſciendū ꝙ triplex eſt martyriū. Primū voluntate et opere. ſicut martyriū beati Stephani. Secūdū voluntate et non opere ſicut martiriū beati Johannis euāgeliſte. qꝛ in feruentis olei doliū miſſus fuit. in quo tangit̄ volūtas. ſed diuina ſe ꝓtegente gratia illeſus exiuit. ⁊ ſic opus ſiue effectus martirij in eo nō habuit locuȝ Terciū martirium eſt opere ſed nō voluntate. quale fuit martiriū innocentiū. de quo tangit̄ hic in littera. Primū martiriū digniſſimū eſt. deinde ſecundū dignius eſt tercio. Ex quo ſumi poteſt ordo iſtoꝝ trium feſtoꝝ poſt natalem dn̄i. Iſtis p̄miſſis ꝓ maiori intellectu dicendoꝝ ſequit̄ ꝯſtructio in hunc modū. O (chriſte) ihū (laus) ſc̄ ſit (tibi. cui ſapit). i. placet ſeu gratum eſt. illud (qđ videtur). i. apparet (ceteris) ſcȝ hominibꝰ (eſſe ſurdaſtrum). i. abſurdum. Sepe eñ deo placent que hominibꝰ diſplicent. qꝛ homines iudicant de his que foris apparent. ⁊ ſm̄ paſſiones. deus auteȝ intuet̄ cor ⁊ iudicat in veritate. Deꝰ etiā neminē vult perire. ſed omne qđ venit ad ſe nō eijcit foras. nō accipit perſonas. non eligit inter etates aliquā repudiando. immo facit vt ſeq̄tur (cuius) ſcȝ xp̄i (famulatu). i.

Laus tibi criſte. cui ſapit quod videtur ceteris eſſe ſurdaſtruȝ famulatu cuius omnis competit ſexꝰ et etas. recentes atqȝ teneri milites hodierno enſi trucidati te hodie predicauerūt. Licet nec dum potuerunt lingula effuſione tamen te chriſte ſui ſanguinis p̄conati ſunt. Hac cū cruore fundētes ad deū clamitaturi. Vox pupulli quē gena miſeret ⁊ innocētis

famulatui ⁊ ſeruitio. Famulatu antiquus dtūs eſt q̄rte declinatōis. et ita vetuſtiſſimi grāmatici declinare ſolēt. ſenatꝰ ſenatus ſenatui. metꝰ metus metui. ſed hodie aliter (om̄is ſexus) ſiue maſculus ſiue femina. et oēs (etas) Itē ſunt ſeptē etates hōis. ſ. infancia. puericia. adoleſcētia etas. iuuenilis. virilis. ſenilis. ⁊ decrepita (petit). i. cōueniens eſt et accepta. q꞉ (recentes). i. nouelli (atqꝫ teneri) graciles parui et debiles adhuc (milites). i. ſatellites a militādo dicti. iſti ſcꝫ innocentes (trucidati) .i. crudeliter interfecti (herodiano enſe). i. gladio ipſius herodis aſcolonite. Tres fuerūt herodes. ſcꝫ aſcolonita q̄ interfecit pueros. Antipa q̄ decolari fecit ſanctū iohānē baptiſtā. Et agrippa qui interfecit iacobuꝫ minorē et incarcerauit petrū (predicauerunt te hodie). i. laudauerunt. Iuxta illud ps. Ex ore infantiū ⁊c. eo mō qui ſequitur Vn̄ o (xp̄e licet .i. q̄uis dicti recētes ⁊ teneri milites (necdū). i. adhuc nō (potuerunt) te laudare et ꝯfiteri (lingula). i. ſua lingua. q꞉ infantes erant et vſu rōnis carētes (tn̄ ꝑconati ſꝫ). i. laudauerūt (te effuſione ſui ſanguinis. q̄ effundebat̄ ꝓpter xp̄m inter eos q̄ſitū ad ꝑdendū ip̄m. Vn̄ iſti innocētes nomen dn̄i non loquendo ſed moriendo ꝯfeſſi ſunt. et ſic martyriū eorum fuit ope ⁊ nō volūtate. vt p̄dictū eſt (fundēs lac). i. humorē lacti ſimilē. (cū cruore). i. ſanguine (clamitaturi) clamare debentes (ad deū) q꞉ innocenter occidebant̄. ⁊ ſic vox eoꝝ tanq̄ oppreſſoꝝ ſine cā clamitabat ad deū p vindicta (quē) s^c deum (vda gena). i. humida maxilla. q꞉ lachrymoſa (pupilli). i. pueri matre orbati. q꞉ iſti pueri matribus inuitis eripiebant̄ (et innocentes). ſ. ſine peccato. q꞉ circūciſi. et ꝑ circūciſionē eo tp̄e delebat̄ pctm̄ originale. lꝫ nō ita efficaciter ſicut nūc ꝑ baptiſmū. Uel (innocentes) q꞉ iſti pueri ſibijpſis cā mortis non fuerūt. ſed xp̄s iam natus qui in eis querebat̄ ad perdendū (miſeret). i. ad miſerationē ꝓuocet. Miſeret antiquitus ꝑſonale v̄bum fuit. ⁊ ita ponit̄ hic. hodie tn̄ impꝑſonalit̄ ſolū ponit̄. ⁊ hꝫ in p̄terito miſertū ē vel fuit. et regit accm̄ cum gtō miſeret me tui

Quis at letharum fortiſſimus vn̄q̄ exercitibus tantā chriſte ſuis contulit victoriam. Quātam vagiens coeuulis tuis tu preſtitiſti mittens eos celum regnaturos perpetim.

Nunc ibi. (Quis atlethaꝝ) Secūda pars ſequentie in qua adhuc ſermo dirigit̄ ad chriſtuꝫ iaꝫ natū principē ſeu ducem iſtoꝝ militū cum admiratiōe et ꝯgratulatōe de victoria eis ſub criſto principe ſuo et ab illo cōceſſa. Sententia patebit cū cōſtructione ſic. O (chriſte quis fortiſſimꝰ atlethaꝝ) bellatoꝝ ⁊ principum ſiue ducū exercitus inter mortales (contulit vn̄q̄). i. ꝯceſſit ꝓcurauit ſeu obtinere ordinauit. ſuis exercitibꝰ. militū copijs a ſe miſſis vel ſb̄ eo militātibꝰ (tantā victoriā). i. triūphū quaſi diceret nullus (quantā) ſcꝫ victoriā (tu vagiens). i. more pueroꝝ flens hoc eſt adhuc infans. Itē vagitus pueroꝝ infantium eſt. vt ibi vagit infans inter arta poſitus preſepia (preſtitiſti tuis coeuulis. i. coetaneis cōtemporaneis ⁊ eiuſdem etatis cum dictis. ſ. innocentibꝰ ⁊c. Euum eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

nouo addite

menſura rerū habētiū ꝑncipium ſed nō finem. et ponitur pro tempore frequenter. Vñ coeuus a um ⁊ coeuulus diminutiuū.i.eiuſdē eui tp̄is vel etatis (mittens eos celū).i.ad celum.non ꝙ ſtatim euolauerunt ad celum.ſed poſt paſſionē dñi cum patrib⁹ vna primū aſcenderunt in celū et ergo (mittēs) id eſt predeſtinans eos (regnatures) id ē triumphaturos ⁊ gauiſuros ibidē.ꝑpetim.id eſt perpetuo.

O chriſti precones clari floreſqȝ martyrū coruſci. Et cōfeſſoꝝ inſignes gēmule ſanctoꝝ. Atqȝ ſteriliū in mundo virginū. Clari filioli. dulces puſioli nos iuuate precib⁹ Quos criſtus innocentē mortē veſtrā miſerās. Pro ſeſe maturatam placidus exaudiens Nos regno dignetur.

¶ Nunc ibi.(O chriſti. Iſta eſt tercia ꝑs in q̄ dirigit oro ad ipſos innocentes. Et ponitur plura attributa recōmendatiua eorū dem. Dicēs ſic. (O clari precones) id eſt glorioſi nuncij. Clarus trāſumit ad ſplendidum fulgore fame ⁊ glorie. et ſic ponit ꝓ glorioſo Preco dr̄ nūcius agenda proclamans et qui citare arreſtare ⁊ ſil'ia facere ſolet ꝓ iudicijs. Iſti innocentes merito dicunt precones (xp̄i) q̄ de ipſo nūciauerūt patribus in inferno.et famā de ipſo fecerunt in mundo. q̄ ſui occaſione tam multi occiſi ſunt ꝑ herodem infantes (qȝ) pro et (choruſci flores).i.ſplendidi et pulcri (martyrum) quaſi diceret ſplendidiſſimi inter martyres (et inſignes).i.electi et notabiles (gemmule) id eſt lapides precioſi (ſanctorū confeſſorum) Metaphora eſt.ſicut enim gemma antecellit alios precioſos lapides in dignitate. ita pueri iſti innocentes primatum tenere videntur inter ꝯfeſſores et virgines.quare ſequitur (Atqȝ ſteriliū) fructū nō ꝓferentiū ſed caſtarū (virginū in mundo).i.in hoc ſeculo. Et o (clari).i.nobiles (filioli).i.filij parui (dulces puſioli) parui pueri Puſio puer paruus ſiue infans dr̄. Vnde puſiolus diminutiuū (iuuate nos ꝑcib⁹).ſ.veſtris (quos).ſ.puſillos (chriſtus miſerans).i.cum miſericordia ⁊ viſceribus pijs aſpiciens (veſtram innocentem mortem maturatam).i. adimpletam et guſtatam (pro ſeſe).i.ſeipſo chriſto (exaudiens placidus id eſt placide benigne ⁊ fauorabiliter (dignetur) dignos faciat et reputet (nos ſuo regno) vbi vna cum eo et ſanctis innocentibus poſſumus perpetue regnare. AMEN

L(Audes chriſto) De feſtiuitate paſchali eſt p̄ns ſequentia et ꝑ̄t diuidi in tres ꝑtes. In ꝑ̄ma autor hortatur nos ad reddendum xp̄o reſurgenti laudem. In ſc̄da oſtendit qualē ſe xp̄s exhibuit in aſſumpta humanitate ante paſſionē et poſt.ibi (Ab hoſte tentatus) In tercia ꝑte recōmendat diem paſchalem.ibi (Hec eſt dies) Sciendum ꝙ paſcha grecū vocabulū eſt deductū a greco verbo paſchomai.id eſt patior latine.q̄ hoc tp̄e agnus et chriſtus paſſus fuit. Sed hebrayce phaſe dicitur. hoc eſt tranſitus. quia hoc tp̄e filij iſrahel tranſierunt ex egypto per mare rubrum liberati a ſeruitute Pharaonis. Cuius rei

memoriā iudei ſingulis annis ſeruabāt. ſed in ſabbato in figuram paſcha noſtri. quod celebratꝛ hodie in die dominica ne videremur omnino iudaiſare. Auguſtinus tn̄ vult dicere ꝙ hoc nomen paſcha duo iſta in ſe ꝯtinet. ſ. paſſionem ⁊ tranſitum tam ſm̄ ſignifitationem q̃ꝫ ſm̄ vocez Scd̄m ſignificationē. qꝛ in paſſione chriſti fuit eiꝰ tranſitus de mortalitate ad immortalitatem

Laudes chriſto redempti voce modulemur ſupplici. Om̄is in hac die rerū natura iubilans. Perſonet immēſas filio dei grās. Iā noſtri conciues celeſtis ſanctuarij milites. Ordines noueni in veſtra nos adunate gaudia. Hymnite nūc ſuperi pariter reſonate inferi. Ut om̄is in domini ſpiritꝰ gratuletur enſi. Qui hominis cauſa deus homo naſcitur et fragili carne ſe occulēs ꝓbra ſuſtinuit patiens: Uirtutibꝰ ſignis vt deus emicuit et corporis noſtri neceſſitate fruens verus terrigena claruit.

Et ita ſm̄ eum ex duabꝰ linguis. ſcilꝫ grega et hebraica facta eſt tercia ſcꝫ latina. Patꝫ ergo ꝙ hoc nomen paſcha aptuꝫ vocabulum ſit ad hanc ſolemnitatem deſignandā Et declinatur in prima declinatione ſub neutro genere. vel in tercia ſicut dogma. ſed rarius ita inuenitꝛ Huic ergo ſolemnitati paſchali bene adaptatur iſta ſequētia. qꝛ in ea ꝯmemorantꝛ tranſitus domini. paſſio et reſurrectio. ſicut patebit in expoſitione Conſtrue Nos (redempti) .i. liberati de ſeruitute diaboli (modulemur) .i. dulcitꝛ cantemus (chriſto) ieſu qui nos ſua morte et paſſione redemit (laudes) id ē gratiaꝝ actiōes (ſupplici voce) .i. deuota ⁊ humili. Et vt hoc copioſius fiat imitantꝛ oēs reliqꝫ creature. quaſi diceret. nō ſolū nos redempti. ſꝫ (om̄is natura rerū) hoc eſt oēs res naturales. Duplex eſt em̄ natura. ſ. naturans q̄ eſt deꝰ. ⁊ natura. q̄ dꝛ vis inſita rebꝰ a deo eſt ſilibꝰ ſilia ꝓcreās. ⁊ de illa tangitꝛ hic. que (iubilans) .i. ꝯgaudens. Impprope ponitꝛ qꝛ iubilans mentis gaudium dicit (ꝑſonet) .i. decantet vel ſuo mō dicat (filio dei) .i. chriſto de beneficijs nobis ab ipſo factis que in parte ſequūtur infra (immenſas gratias) .i. infinitas (in hoc die) ſolemnitatis paſchalis. Et non ſolum res huiꝰ mūdi inferioris dicent gratias ⁊ ꝯgaudebūt nobis de redemptiōe nrā. ſed etiā O vos (noueni ordines) .i. nouē chori angelorum (noſtri ꝯciues) qꝛ nos hōies etiā ſumꝰ deo creati ad poſſidenduꝫ vna cum angelis ciuitatē celeſtē a qua vocamur ꝯciues angeloꝝ (milites) .i. pugnatores (celeſtis ſanctuarij) .i. regni. Sanctuariū locus dꝛ vbi reponūtꝛ res ſacre. ⁊ ponitꝛ hic pro celo. qd̄ eſt locus beatoꝝ (adunate) .i. ꝯgregate (nos in veſtra gaudia) vt ſcilicꝫ pariter vobiſcum congaudemus (iam) .i. in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

hac die Et ſic ↄcludēdo. vos (ſuperi). i. celeſtes ſpiritus (hymnite) id ē hymnū canite (nunc. ⁊ pariter). i. ſimul vos (inferi). i. ab inferiores ſpūs vel creature (reſonate). i. decantate laudes. ita (vt omnis ſpiritus) ideſt quelibet creatura (gratuletur). i. letet̄ ⁊ gaudeat (in eueſi) in tranſitu vel victoria (domini) id eſt iheſu chriſti creatoris ſui. Superi inferi tā-

Ab hoſte temptatus non eſt agnit⁹ neqȝ diuinitas patuit. Ars artem deluſit donec veteris nodum piaculi ſecuit. In ara crucis hoſtiam ſe ꝑ nobis chriſtus obtulit deo patri. morte ſua noſtra mortificans crimina. Jam victor chriſt⁹ baratro populato mortis principe vinculato. ab inferis pō-pa regreditur nobili.

tū pluralia ſunt ſicut cetera adiectiue declinata. Hymnus canticum dicitur laudis. Inde hymnire verbum. Gratulor. i. gaudere de bono alteri⁹ quandoqȝ ad deū refert. pro gratias habere ponitur etiā quandoqȝ. Eueſis eſt tranſitus ſeu victoriā. Unde quidam. Eſt liber geneſis. eueſim dic eſſe tropheum. ¶ Tunc ibi. Qui hominis cauſa ¶ Hic reddit̄ ratio quare nos hōies et alie creature nobiſcum ſimul gaudere debeam⁹ (qui) ſupple dominus (deus) exiſtens (naſcitur homo cauſa hominis) ꝓpter hominem redimenduȝ et reducendū ad gaudia paradiſi. Unde primus homo adam ſua culpa quā in poſteros ſuos tranſmiſit eiectus fuit (et deitas) id eſt diuina natura (occulens ſe) id eſt abſcondens et celans. in (fragili) id eſt infirma (carne) ſcȝ humana. ⁊ hoc ꝓpter dyabolum humane ſalutis inimicum precipuū (ſuſtinnit) id eſt tolerauit (patiens) id eſt pacienter et voluntarie (probra) id eſt contumelias ⁊ alias aduerſitates (emicuit) id eſt reſplenduit (vt deus in virtutib⁹) id eſt bonis operibus et (ſignis) id ē miraculis. que facere purus homo non poterat. que res fecit dyabolū dubitare. ſed retrahebat̄. quia (⁊ fruens neceſſitate) id eſt indigentia (corporis) humani. qꝛ patiebatur famen ⁊ ſitim. frigora ⁊ calores et alios defectus ſeu paſſiones nature humane (claruit) id eſt apparuit (verus terrigena) id eſt homo. quare diabolus voluit eum temptare ⁊ experiri an deus eſſet vel non. ſicut ſequitur in littera.

¶ Tunc ibi. Ab hoſte. In hac ſecunda pte oſtendit autor quō chriſtus ſe exhibuit in aſſumpta humanitate tā ante paſſionē qȝ in paſſione qȝ etiam poſt. Sic exponitur. Chriſtus verus terrigena ſicut claruit ex neceſſitatibus corporis quas patiebatur vt homo. Ac etiam deus ſicut emicuit ex virtutibus ⁊ ſignis que quotidie per eum fiebant. huius rei occaſione (temptatus) id eſt examinatus (ab hoſte) id eſt dyabolo. ſicut ad longum habetur in euāgelio. Ductus eſt iheſus in deſertum vt temptaretur a dyabolo ⁊c. Temptare a teneo ⁊ non tenino deducitur. ⁊ eſt frequenter tenere ſiue ordinare aliquem ad aliquid inueſtigandū in eo. vel ad aliquē inducendū ad aliqd. ſicut dyabolus temptat

homines ad inducenduz eos ad peccata (non eſt agnitus) .i. cognitus quis fuerit (neqꝫ diuinitas) natura diuina (patuit) .i. manifeſta facta ē hoſti diabolo poſt hm̄oi temptationē. Et ita (ars) xp̄i (deluſit) .i. decepit (artem) .i. calliditatem et fallax ingeniū dyaboli (donec) .i. quouſqꝫ chriſtus dn̄ꝫ noſter (ſecuit) id eſt diſſoluit (nodum) .i. ligamen ⁊ vinculum (veteris piaculi) .i. antiqui peccati originalis ꝑ adam ꝓtoplauſtū perpetrati. ⁊ in oēs poſteros hereditaria ꝯtagione traducti. ꝑ qđ nobis vt indignis ꝑcludebat̄ reditus ad gloriam celeſtē. Sed ſequitur remedium. qꝛ (xp̄us obtulit ſe hoſtiam) .i. ſacrificium (deo patri) cuius filius erat ab eterno (in ara) id eſt altari (crucis) .i. patibuli (mortificans .i. extinguens (noſtra crimina) .i. delicta (ſua morte) ſcꝫ ꝑ mortem ſuā. Vn̄ vere languores noſtros ipſe tulit ⁊ peccata noſtra ipſe portauit. ⁊ chriſtꝰ innocens patri reconſiliauit peccatores. Tunc ibi. Iam chriſtus

¶ Hic dꝛ quid chriſtus fecit poſt paſſionem ſuā. qđ ad diem paſche ꝑtinet. videlicet qꝛ (chriſtꝰ baratro populato) .i. inferno deſtructo ⁊ ꝯfracto per ipſum. ⁊ (principe mortis) dyabolo. qui dicitur princeps tenebraꝝ et mortis. et ante iſtud factum dicebatur princeps huius mundi. vt ibi. Venit eñ princeps huius mundi et in me non habet quicq̄ꝫ (vinculato) id eſt ligato et in vinculis coniecto. vt valeat de cetero tam amplo fungi imperio (regreditur) .i. redit ⁊ reuertitur vt (victor) .i. triumphator (ab inferis) .i. ab inferno (iam) .i. modo in hoc die ſancto paſce (nobili pompa) .i. egregio ⁊ ſolemni apparatu ac proceſſione cōcomitantiuꝫ eidem ſanctorū patrum quos de lymbo inferni ſecum eduxit. Piaculum dꝛ a vbo pio as are id eſt maculare. ſed capit̄ in ꝓpoſito piaculū ꝓ peccato Ectiā piare ſignificat purgare et ſic piaculum eſſet idem quad mundicies. ſed ita nō capitur hic. Populor ⁊ depopulor ſ̄cant populuꝫ deſtruere vel expellere Inuenit̄ etiam populo. vn̄ Virgilius ꝑmo georgicoꝝ Populatqꝫ ingentem farris aceruū. Pompa dꝛ feſtiuus apparatꝰ ⁊ oſtētatio. vn̄ in triūpho vel in funere celebrādo fieri ꝯſuetū eſt ⁊c̄.

Hec eſt que illuxit. poſt turbida regni ethyopum tempora. Chriſtus in qua reſurrexit vltra victurus cuꝫ carne quam ſumpſit de maria virgine: Qui ouem cū gaudio patri quam ꝑdiderat humero reuexit ſuo.

In hac tercia ꝑte recōmendat autor diem paſce dicens quid amplius chriſtus in ea facerit. vnde ſolemnitas ſolemnitatum dicitur. ⁊ dies dm̄ci omnes ſequentes ab ip̄a nomen ſumpſere eiuſqꝫ octaue eſſe ꝓhibent̄. Dicit ḡ ſic (Hec dies eſt) illa .ſ. (que illuxit) reſplēduit (poſt turbida tp̄a) id eſt obſcura. tumultuoſa. tēpeſtuoſa ſiue intranquilla (regni ethiopū id eſt dyaboloꝝ. Hoc regnum incepit a peccato ade. et durauit vſqꝫ ad diem preſentem (in qua) .ſ. die (chriſtus reſurrexit) a mortuis (victurꝰ vltra) id eſt deinceps perpetuo (cum carne) ſcꝫ eodem corꝑe (quam) ſcꝫ carnem (ſumpſit de maria virgine) id eſt natus eſt ex ea (qui) ſcilicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 75

chriſtus(reuexit).i.reduxit (patri) ſcilʒ deo (ouem) id eſt hominem in
ſno humero cū gaudio(quaʒ) sᶜ ouem(pdiderat).i.amiſerat deus pa-
ter per ſuggeſtionem dyaboli ꝛ ꝯſenſum ade in peccatuʒ Et eſt parabo
loſa de euāgelio.de eo qui habuit centum oues.et perdiderat vnam ꝛc.
Dyaboli appellanť hic ethyopes a colore nigro. qui malum videtur de
ſignare. Unde ecōtra angeli pinguntur albi ratione luminis excellētis
in colore albo.quod ſpeciem boni pre ſe ferre tenetur. vnde fit ꝙ nigruʒ
equiparatur malo.album vero bono ꝛc.

Salue crux ſancta arbor digna
Cuius robur precioſum mun
di ferre talentum. At hoſtis per lig
nū victor ligno reuinceretur. Quod
qʒ exortus mortis primis erat terri-
genis paradiſo propulſis Cauſa
etiam vite foret cunctis chriſti mor-
te vere viuificatis.

Tunc ibi. Salue crux
¶ Iſta ſequentia decan
tari ſolet in feſto inuenti
onis ſancte crucis Et di
uiditur in duas partes.
In prima autor ſalutat
ſanctam crucem comme
morans quid per eam fa
ctum ſit. et qualis fruct⁹
chriſti fidelibus inde pro
uenerit. In ſecunda par
te dirigit ſermonem ad
eandem dicens quomo-
do habeat mirabiles q̄ſ-
dam virtutes et operati
ones. vnde concludit ꝙ
laus ſit ei in euum.

¶ Pro pleniori intellectu notandum ꝙ ſignū crucis ſanctificatum eſt
p ꝯtactū dominice carnis.et inde hʒ ꝙ ſanctificare et ſaluare poſſit ipaʒ
adorantes ꝛ ipſa ſe ꝯſignātes prout per ordinem hic tangitur in littera.
Et licet in cruce dominus fuerit dehoneſtatus. tamen quia illa deho-
neſtatio noſtra fuit redemptio ꝛ ſaluatio.ideo merito ſeruatur feſtū de
ſancta cruce ſcʒ inuentionis.qñ crux agente ſancta helena matre ꝯſtan-
tini impatoris p medium cuiuſdam iudei ad hoc qdammodo ꝯpulſi p
eandē inuenta eſt Et feſtū exaltationis. qñ exaltata fuit p impatorem
